

LIBER BIFRONS

Auogariae Communis

1232-1300

1

Περὶ ἀποδόσεως εἰς τὸν Μᾶρκον Πασχάζην τοῦ ἡμίσεως τιμαρίου του, 1270 Ἀπριλίου 12.

F^o 29^r De medietate seruentarie Marci Pasquasi, quod revertatur in eundem Marcum.

Millesimo ducentesimo LXX. Indictione XIII, die XII exeunte Aprilis. 1

Cum per ambaxatores qui iuerunt Cretam, sententiatum fuisse, quod medietas seruentarie que fuit et erat Marci Pasquasi de Creta, ueniret in commune, quia non tenuerat eam uarnitam et compertum sit, quod fuit hoc fallum, quia eam tenuerat eam uarnitam cum una sua cauallaria longis temporibus, et modo non fuerat presens, quando ambaxatores faciebant facta illa, ita quod non potuit se excusare nec ostendere ueritatem secundum quod ducha misit dicendo, et etiam dixit Petrus Sesenulo, qui fuit unus de ambaxatoribus, et per alios plures etiam missum fuisse. 5 Capta fuit pars quod dicta medietas seruentarie reuertatur in eundem Marcum. 9

2

Περὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἐν Βενετίᾳ διαμενόντων καὶ ἐπιθυμούντων νὰ ἀναχωρήσωσι. 1271 Ιουλίου 4.

F^o 29^t De Grecis qui steterunt Venecijs.

Millesimo ducentesimo LXXI. Indictione XIV, die quarto intrante Julio. 1

Capta fuit pars, quod de illis Grecis qui sunt et steterunt longis temporibus in Venecijs, illi qui uoluerint tam masculi, quam feminine, habeant libertatem eundi quo uoluerint, et illi qui ibunt non debeant ullo tempore habere a communi aliquid pro expensis uel salario. 5

